

Res cum fortunis novit temerare caducis,
in cuius pompa sunt fugitiva bona.
Constat et aeternum positiva ex lege secretum:
ut fiat vacuum quod fuerat nihilum.
Sit tibi suspectum sine causa gaudium ineptum,
mundi perpetuus non solet esse iocus.
Saepe mali florent, ut post sua gaudia plorent:
qui nimis est gaudens, fit nimis ille luens.
Frigora post soles, post gaudia nuntque dolores:
quisquis amara tulit, gaudia promeruit.
Post tempus siccum, sequitur tempus pluviosum,
se vasium docuit quidquid in orbe fuit
Nulla fides rerum, sequitur post mella venenum,
ob? cat Solem nocte, adimitque diem.
In re mundana sunt semper gaudia vana, 168.
aeris ad species volvitur abce dies.
Si mors non esset quam laetus quilibet esset
omnia sed perirent gaudia, morte ti?
Res abeunt mundi mercitur origo secundi,
quid sint non cupies, an labor, an requies.
Es foelice hodie, sed cras miseres es velut ante,
quas mundus tribuet tollere res cupiet.
In mundo propere marcet quod floruit ante
quod vixitque perit, quod stetit ante cadit.
Dum mali premimus, sequitur post gaudia murmur, 3
et sumus ut fulgur, vix vivimus, morimur.
Vix natus languet, finisque ab origine pendet,
vita tenet mortis semina nunc hominis.
Est vitis plenus, vitante sed orbis egenus:
quid mirum miseris, quod ferat essequias.
Nunc iubilant miseri, fient post gaudia moesti:
quando dabit luctum mors fera continuum.
Cur subito palles, cum praestant funera moestes?
an tibi mors nova res, unde repente times?

Ne dicere putes mortalia gaudia, vites;

finit qui findit tristis amor is erit.

Nil fuerat quondam mundus, fiet nihil inquam: —
ne mirare vigil, quod sit in orbe nihil.

Diffuge munde senex, est sordidus undique vertex, —
abscondas faedas te rogo munde genas.

Dum fueras juvenis placuisti sat male multis,
cum sis nunc exul, te rogo perge procul:

Si sunt in fama qui te florente iuventa
spereverunt, ludos non imitando tuos,

Incurret vitium qui te per fata supinum,
in sermone volunt, vel vire mente colunt.

Si qui sublimis veniunt ad culmina montis: — 169.
quaecumque aspiciunt, omnia despiciunt; — ✓

Sic qui viribus stant, suntque in monte palubis,
pro levitate tenent, quidquid in orbe vident.

Si mala non cernis iam te metus vixt inanis,
si cernas magnum fit metus ipse malum

Ergo dum patimur propter metuenda movemur,
vixt enim indomitus pectora nostra metus.

Nos velut exiguas ventus quatit unguis aristas,
et turbant sensus: spes, dolor, ira, metus,

Nec viget exactus rebus mortalibus actus,
nam mundus brevis ludit imaginibus.

Imbi? virutes, et inania gaudia spesnes,
sunt comites animi, gaudia vera boni.

Omnia sunt homini contraria nunc morienti:
cur ego est gaudens? cum sit homo moriens.

Si quis nunc sciret, quid nam sit, et unde veniret,
nunquam gauderet, continuo gerneret.

Pulvis, et umbra sumus, pulvis nihil est nisi fumus: —
sed nihil est fumus, nos nihil ego sumus.

Quid caro? vilis humus, quid carnis gloria? fumus: —
quid sis, quid fueris? nunc reputa: quid eris?

Pro caelo aptatus, qui talia nunc meditatur,
huic malus orbis erit; qui pius astra petit.

Hui bene praeteritos sine labe peregerat annos,
gaudet mortiferi vulnura dira pati.

Ut consulemur, dum spectamus haec meditemur:
mascimus, et premimus, fallimus, et morimur.

Quam facilis rivit, qui mundum spernere scivit,
quae mundus retinet, pondera praessa tenet.

Hui multo solari, ditari, vel saturari,
despiciat mundum, quaerat in ante Deum.

Uult quis honorari, vel mundo quis dominari,
discat devotus vincere carnis opus.

Copia cui piperis, bene vescitur ille potentis:
copia maestitiae, dat bona laetitiae.

Titillare magis te scis quam laedere possis
dum me titillo, rideo quando volo.

Gloria res dulcis, crescit virtute laboris,
quo labor est maior, gloria fit melior.

Bona supernorum dant gaudia maxima: quorum
ut quis nunc meminuit, gloria finis erit.

Semper gaudent, qui nunc sua crimina flebunt:
ex post semper flet, quem sua culpa tenet.

Gaudia vera petas, quae nunquam terminat aetas,
gaudia nunc orbis sunt velut aura levis.

Gaudia vera dabit, quae mens crimina pavit,
non sunt peccato gaudia vera modo

Semper gaudebit, domini qui iussa tenebit:
restant devotis gaudia magna nimis.

O! quam itantur, qui caelica regna lucrantur,
sunt infinitae nunc ibi laetitiae.

Hui spernit mundum, sua, se, nec speraverit ullum,
et hui se spernant: quatuor ista [vices]

Iure tibi plaudes, si solo numine gaudes,
scit dare vis Christi gaudia vera tibi:

Dulcior est Jesus quam quivis corporis esus:
qui mundum quaerit, fit miser, est, et erit.
Uvae te non tangunt, nullis te viribus angunt:
is gaudens vivet, qui modo iusta petet:
Multi te bonum facient, sed nemo nocentem,
possunt iusta premi, non tamen interimere.
Ut nulli noceas blandas imitare columbas,
te non solatur, quidquid in orbe datur.

Iusta, ne cesses, adesunt post semina messes,
septem nos angit gaudia fomis habet.

Etri centenis patiatem vis probus annis,
et stet in aeternis undique continuis:

Nil faciet digni pro caeli sorte benigni,
constans esto probo, praeterente solo.

Gratis laetamur, laeti non perpetuamur,
nam res cum laetis transit ut aura levis.

171.
✓

Non est in mundo quo consolabimur isto:
faelix contemnet, quidquid in orbe videt.

Quidquid adest grati contemunt sorte beati,
in caelis maior sors erit, et melior.

Est longe melius nunc ire ad limina luctus:
quam solium provae scandere laetitiae.

In mundo gemitus, variis sunt undique planctus:
mundum qui floret, certa ruina manet.

Sola perennabunt quae caeli gaudia spargunt,
haec qui nunc quaeris, tunc bene laetus eris.

In re divina floret pax absque ruina:
nunquam cessabunt, quae semel astra dabunt.

Christus Apostolicam cupiens animare lateranem,
expressis verbis taliter inquit eis:

Mundus gaudebit, sed vestrum quoque dolebit:
quisquis me quaerit tristitia corda gerit.

Mundus hic exultat, sed tandem tristitia spectat,
corruit in puncto quod stat in orbe modo.

Tristia post mundi gaudent sine fine Beati,
gaudia post mundi flent sine fine mali.
Ego age quae tribulant, fugias quae gaudia nunc stant,
illa beant in re, postera sunt sine spe.
Mundus ad extremum laetis dabit omne venenum:
faelix qui potuit spernere quod nocuit.

Gratia grata Dei

Cum velit a factis describi gratia gratis,
non eget haec meritis gratia grata tuis.

Si fidei meritis non est data gratia gratis,
haec nam se privat, qui meritum recitat.

Gratia quam cuiusvis tribuit Deus, est, Generalis, —
et datur ista bonis actibus, aequae malis. —

Gratia quam paucis tribuit Deus est specialis, —
et fulget solis actibus ista bonis. —

Haec vel praeventus est gratia, qua modo nolens 172
gratis praeventus vult, et agit citius:

Aut est velle sequens, ne frustra quis velit ingens
quod meditatur egens, tecta poli nitens.

Quae viget aequalis, vel sufficit ut Generalis,
est pro salvandis omnibus una satis:

Haec tamen utaris ne spernens efficiaris,
nam secus interitum tu facis ipse tuum.

Quae dabitur paucis, vel quae datur ut Specialis
provenit ex solo Numinis arbitrio:

Ex Christi meritis datur illaque gratia cunctis, —
hanc tamen ad votum dat Deus esse tuum. —

In terra, atque mari confestim vult operari
gratia: mi contra sit mala vita tua;

Non vult nolentem nam gratia cogere mentem,
vel quae peccatum vult retinere Num:

Sed se salvantem desiderat esse sequentem,
vult bene velle pius qui cupit esse pius.

Vult salvare Deus, sed non vult servitor eius:

velle tuum petitur, velle Dei dabitur;

Fiet in essendo, qui vult bonus esse volendo,
is tibi posse dabit, qui tibi velle dedit.

Pulsant cor nostrum caeli spiramina durum,

utque sequa? fiat gratia grata parat:

Excitat, ac animat quos Xti gratia postat,
nec sint in maculis stertere continuis,

Cor nostrum quaerit, volitum tibi gratia recit
gratia gratificans, velle dat exhilarans.

O! quam felices sunt mentes, quae morbo [vires]
non tenuant placido subdere colla iugo.

Velle tuum beneda, sic gratia ducet ad astra,
mortuus es vitis, vivis in auxiliis.

Non vult peccatum quem fecit gratia gratum,
quod nos exaltat velle bonum cumulat.

Hic ad astra poli, sed lumen spernere noli,
in tenebris pergit, gratia quem reicit,

Fiet is ingratus, qui non vult esse paratus, — 173.
ad facienda aequi iussa benigna Dei.

Hoc te confortat, quod te bene vivere mandat,
quod bene quis cupiet, gratia perficiet.

Gratia devotum praestat baptizate lotum:

si tamen intendens est bona cuncta volens.

Est opus ut sudet quem Christi gratia mulcet,
non est pro pigris gratia parata vitis.

Esse laboratum pro callo te facit aptum, —
quo sine divinum non erit auxilium. —

Auxilio Christi salvamur tempore tristi,
quo sine cuncta malo sunt pereunda modo.

Divini auxilii manus haec operabitur illi,
quae quis amore poli vult operata tibi.

Est piger Agnellus qui non gestat tibi vellus,
quae nos exornant, vix aliquando gravant.

Ut Deus escornet: tua dextera operosa laboret,
ut maneat gratus, gratia proicit opus.

Gratia principis respondet semper honestis
quo sua, se pavet, qui bene cepit habet

Omnibus in natum sit gratia munus amatum,
sed per peccatum perditur hocce datum.

Ut bene quis teniget, nullum data gratia spernet,
sed nunc per crimen spernitur illa tamen.

Gratia sola Dei sanctae tibi sit speciei
gratia quem portat, non male nunc equitat.

Gratum qui spernit, millena pericula quaerit,
inque suum proprium habitat exilium.

Non sunt volentis, sed sunt magis astra volentis,
qui multo extolli multo bona iussa sequi.

Perditione premit sua, se qui crimina nectit,
non stat cum culpa gratia vivifica.

In nostra vita convergunt mille pericula,
quod nos confortat gratia grata parat.

Ubi me solatur, per eum virtus reparatur:
in Domino datum mortificabo vitium.

Nunquam peccatum tibi sit pro munere gratum, ¹⁷⁴
nam multo peccatum Daemones esse datum.

Nec tibi sit gratus, quem nullus honorat amatus,
qui nulli est gratus, non solet esse salus.

Lex cum natura, caelum, Deus, omnia iura,
ingratum damnant, nec sua, facta probant.

Ubi datur ingrato certo perit iudique fato,
stant res ingratae cum nive, cum glacie.

Non est laudari dignus, nec dignus amari,
immemor obsequii qui cupit esse tui.

Non erit hic hospes, per quem depellitur hospes:
ingrato minimum non datur obsequium.

Gratia tardorum non est tam grata virorum:
gratia quo citius, fiet eo melior.

Est cordis festum panem meminisse comestum,
in quo te firmet gratia semper habet.

Idem dicant homines de te si saepe rogaris:
gratum perciperes, te meliorque fores.

Utque oculus filium, sed cernit opinio ventum,
sic oculo caelum cerno fideque Deum.

Auxilium Christi nunquam nos cernimus ipsi
sed bene sentimus, dum melius facimus.

Idem nunc non cernas gratum, iam pigrior exstas,
et vivis mundo dum moreris domino.

Vive Deo gratus, toti mundo tumultatus,
mortuus es mundo, vivus es in Domino.

Vivimus in Xto dum baptizamur in ipso,
sed debet credens esse Deum faciens.

Nulla palus animae, quam non dat spiritus iudae,
haec tamen ob maculam destruit propriam.

Munda, vel poena mundamur in orbe peracta,
seu poenimus Patrio crimine seu proprio.

Sicut origo mali venit de stirpe mali
sic bona dat nobis gratia grata mimis.

Non bene procedit, quem Christi gratia sprevit,
sic age ne factis excidat illa tuis.

Non pro mercatis debetur gratia factis,
debetur meritis gratia pro propriis

Grave Dei donum te postulat esse decorum,
factaque sunt donis cuncta minora tuis.

Ut bene nunc facias sit semper grata voluntas,
velle bonum laus est, velle malum dolus est.

Ut te des gratum, gratum facias cito pactum,
quae prosperat factis gratia grata magis.

Auxilium quis amat: quando Deus ostia pulsat,
si velox aperit, iusta lubensque facit.

Gratia qua fuimus, vel qua mediante iuvamur,
si non est operans dicitur esse vacans.

Gratia laudari, velociter optat amari,
contemnit tardum gratia nunc volitum.
In re divina non sunt molimina tarda,
quod nos impellit, spiritus intus agit.
Spiritus intus agit, quae sunt divinae pandit,
qui fit devotus spiritus ille bonus.
Spiritus in gratis non vult insistere factis:
volens esse pius spiritus ille malus.
Ibi nos in terram vult gratis ducere rectam
spiritus, officio serviat ille tuo.
Gratis salvaris, non gratis mortificaris,
pro caeli radiis vix aliquid pateris.
Gratia quae salvat per dura, ac aspera clamat:
salvatur raro mollibus nuda caro.
Vult Deus oblatum factis impendere gratum,
absque labore nihil scit superare pugil.
Gratia nunc homini per aquas infunditur omni,
hinc semper primam tu cole munditiam.
Gratia pro dono datur omni morte redempto:
ut bene quis faciat gratia grata iuvat
Gratia qua Christi sumus omnes tempore tristi
non est ex nostro crede mihi merito:
Est operum genitrix, sanctorum gratia tutrix,
unde salus manat gratia grata parat. 176.
Accendit sacro mortalia pectora voto
gratia grata Dei, mens societur ei.
Te fecit sine te Deus omnia fecerat abs te,
sed non salvat te, nec dare vult sine te.
Natus pro vita de Virgine Matre Maria,
fecerat in gratis omnia grata satis:
Facile peccatum, pro quo de Virgine natum
hoc donum est gratum, pro veniaque datum.
Pro mundi vita nihil est qua Virgo Maria:
sed minimum facile sancta Dei genitrix.

Sol penetrat vitrum, nec vitrum laeditur ullum,
sint licet intus lux simul et radius:

Lic cum prole pia manet inviolata Maria,
et quasi non paret gaudia Matris habet

Ex utero Matris manavit gratia gratis,
est haec Virgo Dei gratia magna Spei.

Factum factori summo praepone noli,
quod libet ad factum dat Deus auxilium
Quod bonus affectat caeli tibi gratia praestat,
delet facta tui gratia magna Dei:

Quem post peccatum reddit confessio gratum,
ut canis horrendum non repetat vomitum.

Qui facit ut vivas, ut corpus te, tua pascas,
quare peccatis laeditur ille tuis?

Haecine pro donis debentur crimina tantis?
quod cum peccatis tu velis esse gravis.

Est labor ingratus, cui non est muneris actus,
et grave se sistit, spe sine si leve sit.

Pulchra serena dies post longos gratior imbres:
fiet post luctus gratior ipsa salus.

O! faelix pactum summo cum Numine factum,
dat tibi perpetuum cui modo das modicum.

Cui avide quaeris, quae nunc praesentia cernis? 177
non est in mundo quo sociatus homo

Oblectamenti semper esto memor esto futuri
ad quod te invitatur gratia dum stimulat.

Non est condignum pateris quod in otio malignum,
hic quid quid pateris transit ut aura levis.

Si te perpetuae delectant praemia vitae
non te nunc maior terreat inde labor.

Quod monet innatum pro caelo te facit aptum,
internus stimulus vult bonitatis opus

Illas non nocturnas quas gratia tractat habenas
a mundi curis te retrahunt miseris

Innocuae mentes, vitiorum laquei carentes
 semper pergratae sunt superis animae
 gratia magnorum palatiorum facta laborum
 non male mult illi, qui sua, se, dat ei.
 Omnibus in rebus lucet post nubila Phoebus
 dat tibi post lachrymas gratia laetitia.
 Rebus in optatis se dicit gratia gratis
 sed res mundatas tu prospere facias
 Te multo syncerum, te postulat esseque verum,
 gratia, sed volitum non minucendo tuum.
 Hic libes suda, nam taliter ritus ad astra,
 te tua non salvas ni violentus agas.
 Non multo paucantes, sed gratia multo operantes
 caelos aquiret, qui sua gratis agat.
 Haec fuit a domino promissa, petenti aliquando,
 gratia, nunc oculis dantibus apta viris:
 Tantum homines hodie gratis nihil et nec inepte,
 esse nihil nil fit, da dabitur tibi quid. -

¶

Est Homo Mortalis

Factus primus homo non est male dictus ab humo, 178.
 terra fit in tumulo quem dedit humus homo. ✓
 Grammaticam multos poterit quis scire per annos,
 declinare suum non poterit tumulum.
 Hospes is in mundo, per mundum semper eundo
 donec summa dies fit tibi summa quies. —
 Est genus, est hominum, quo non sublimius ullum —
 nunc homini dicere aut terra terenda datur? —
 Resum reversa die nonne gravissima terra,
 peccato gravius non reperitur opus.
 Hinc credas hominum genus hoc prope deorum,
 cum pro peccato culpa sit omnis homo.

Vita quid est hominis? nisi res vallata ruinis
est haec vita dolor, vana cupido, labor.

Omnis in hoc mundo fragilis stat sicut arundo,
in vita fidens fallitur insipiens.

Non te exaltabis si saccula nunc numerabis,
tandem fest tristem sollicitudo diem.

Est tua vita brevis moro vivis, cras morieris,
est haec vita levis, transit ut umbra brevis.

Optum cuncta petunt, Matrem primamque requirunt,
sic fietque nihil, quod fuit ante nihil.

Est facca, est tabes carnis conceptio labes,
carnis vita labor, finis origo, dolor.

Cui caro laetatur, quae vermicibus esca paratur
es putredo cinis, cui mala nulla sinis?

Est caro nostra cinis, moro principium moro finis,
foenum putrescens, glebula saccus olens.

Est homo nempe lutum, vas lamentabile sputum,
est caro res fragilis, sicut arundo levis.

Omnis homo natus per florem est significatus
flos velut arescit, sic homo pulvis erit
duam patris multas proo vili corpore multas
scis quod progredieris, non bene quando redis.

Natus plorabas, plorando nulla docebas,
gaudia, cui homini non placet ego mori?

Omnibus in terris dolor est regionibus, aulis:
nobilibus in cunctis cura, labore locis.

Ex utero Matris te nudum protulit orbis,
in terram ex animis sindone tectus abis.

Plus accepisti moriens quam mate dedisti:
plus reddens Matri, quam dedit illa tibi.

Es similis puncto, sed puncto vilior ipso,
a quo perpetuus pendet et interitus.

Justificant hominem sua facta, fides ne fidelem?
iustificat solus facta, fidemque Deus.

179.
✓

Liber homo primus peccavit, et inde pupinus
alter homo Stygias liber adibit aquas.
Caelum dat lucem, dat mundi gloria sordem,
respicias caelum, despiciasque solum.

Non tibi confidas quod multo tempore vivas,
mors tibi certa patet, funeris hora latet.

Vix bene viventem vidi prave morientem
nulli mors nocuit, cui bona vita fuit.

Est metuenda malis quibus est mors perpetua:
e contra dulcis mors solet esse bonis.

Huius bonus est melior, non fiet tempore maior:
si magnus maior, tempore non melior.

Adiectiva parum, praesunt adverbium multum,
ut bona pensat herus, sic bene facta Deus.

Concedunt alii, distinguunt multaque multi,
vincere voce nego se putat omnis homo.

Est miser atque levis, sed et omni tempore vilis,
qui se mente angit, nec ratione regit.

Omnis causa mali processit ab arbore mali,
poena pro pomis lege tenetur homo.

Nunc mare, nunc fluctus, nunc fit post gaudia luctus:
semper in ambiguo tempore vivit homo.

Ut mens purgetur vel praemia plura lucretur:
hic homo torquetur, maior ut ansa detur;

Ut praeservetur, ne perpetuo crucietur,
sed sublimetur, sic homo nunc premitur.

Est via nunc iuris, non vivet homo sine curis, 180
omni: sic meminim: sudor in est homini.

Vae tibi! quod sine vae! non vivat filius Evae,
fecit sudor Adae, quod tibi non sit Ave:

Coelum stat sine vae! petat illud filius Adae,
gaudebit sine vae! sicque teurebit ave.

Aethera est tu haeres, non sit mortale quod optes,
coelum pro modico non dabit aptus homo.

Mens tua de caelis, corpus venit ex elementis,
corpore tange solum, mente revolve solum.

Mens, corpus distant, sed ad unum cum prece tendant,
ut sis devotus, meritis reddet opus.

Divus terrenus curabit utrumque terrenus:
consiliis mundum, religione Deum.

Utriusque potest rebus correspondere duabus,
qui vult principiis congruus esse suis.

Omnia cum superioris quae sunt rationis habebis,
sic nullum fateor distrahent orbis amor.

Omnia naturae volunt sua debite iure,
praeter eum cui plus, dat rationis opus.

Sus se sorde levat dum sylvae lustra pererrat:
cur manet in coeno sorde volutus homo?

Est homo spiritibus commissus quisque duobus,
iste tibi custos, construit ille dolos.

Ordine compactus tendat rationis adactus:
se ratione regat, sensibus apta petat.

Non est tam sanctus, cui non sit copia planctus,
quos Deus elegit sors mala in orbe premit.

Et nux iuncta viae quae stat sine crimine vitae,
fustibus, et multis impetitur baculis.

Annulus a fabro contuso fit prius auro,
praecedunt spinae munera pulchra rosae.

Re careat chara qui non gustavit amara,
semper post noctes maserit alma dies.

Ad caelos animam credas transferre podagram,
quam sine delicto surkinet ⁱⁿ alget homo.

Insipice maiores aliorum saepe dolores,
ut televos proprios sic tibi post alios.

187.
✓

Praemia quae speras non delet temporis aestas,
quae mala nunc pateris, sunt mala pauca nimis!

Regnum caelorum requies fit plena laborum,
nil ibi deficit, cuncta Deus habet.

Non tibi fit durum quod te noscas moriturum,
mors bona delebit, quae mala vita dedit.

Mors bona si non est, finis tamen illa malorum est,
hanc tibi proponas, non tamen ut metuas.

Optima tunc mors est, cum vita est criminis exars,
est ideo vita mors meliorque mala.

Atria sunt caeli: menti patefacta fideli,
caelum dat laetum, scit dare vita metum.

Ille vita perit quisquis praesentia quaerit,
hinc socius sortis saepe fit erca suis.

Ille sapit haec spernit, quae nunc praesentia cernit,
velle tuum solus, nolle tuamque Deus.

Omni momento mortem tibi adesse memento,
sic non excedes nec vitium repetes.

Ludus fortunae, mutatur imagine lunae:
inconstans homo fit, vivere quando petit.

Mortis mancipium, vitium de iure sepulchrum,
temporis est spoliium, vel maculae speculum.

Ludibrium vitae, vel sortis ludus iniquae,
est homo faece terrae, continuum lachrymal.

Carileus expositum, semper simul irrequietum
una dies nasci, conspicit una mori

Unica gens hominum recto stat corpore sursum
ut caelum aspiciat, continuoque petat.

Primus homo factus, de pulvere eratque creatus:
hinc et nos humus, pulvis, et umbra sumus.

Ne metuas mortem, communem prospice sortem,
quod vitare nequis, cur subito metuis?

Communis mors est, quia cunctis debita mors est, 182.
nullum molle iuvat, mors ubicunque necat. ✓

Nullus tam fortis cui parant vincula mortis
spiritus in tepido deseret ossa rogo.

Mors cum natura proferant ad talia iura
expectanda dies, fit sine fine quies.

Omnes maiores mors occupat, atque minores,
quid quid adest aequat, falce secante secat.

Omnia mors tollit, quam nulla potentia mollit,
omnia sicut eunt, sic pariter pereunt.

Pelles quot pecorum, tot venduntur vitulorum:
ut faciet iuveni, sic facietque seni.

Mors est postremus post omnia fata recessus,
omnia morte cadunt, omnia morte ruunt.

Post mortis mortuum, vertit dilectio doctum,
in cineres abeunt corpora, dum pereunt.

Non tibi sit curae mortis formido futurae,
nam scis quod certo nunc moriatur homo.

Nec tibi sit datum, quod te morcas moriturum,
nec quod tam tetricae mors sit amara morae;

Non es victurus nam certo tempore tutus:
occumbit subito, nunc moribundus homo.

Atrops ante fores, adstant reliquaeque sorores:
fiet crede dolor de tribus una soror.

Iduo quis discedit, mors post vestigia pergit,
et vel faelices abstulit illa dies:

Mors venit absque mora qua nullus credit in hora
ut nemo dubitet, mors patet, atque latet.

Iduo gressusque datur, semper te mors comitetur,
est semper constans mors tibi se socians.

Desinat elatis omnis confidere factis,
mors perniciēs semper adesse putet.

In mundo cuius levibus mors advolat alis
nonque fatigatur, dum mora nulla datur.

Nemo scit per se quis primus debeat ire
mors est impatiens, omnibus apta manens.

Si quis homo sciret, quando mors atra veniret:
vix morbo rideret, sed melius faceret.

Nec sic dormiret, sed caeli regna nitiret,
virtutem peteret, pravaque despiceret.

Stant in se dura nunc mortis tristia iura,
laetus qui meminit vice aliquando fuit.
Mortis solve metum, si te vis reddere rectum,
fit cinis assumpto corpore factus homo.
Ut in immensas /: Minam quatit Aeacus: / umbras,
sic fuit, et semper mortis adimus iter.
Nullus homo lachrymis fuerat revocatus ab umbris,
spernit revivendum, mors facit officium.
Per nullam sortem poteris depellere mortem,
si te mors perimit, nullus homo redimit.
Nec mimis antiquas fiet morbo mortis Amicus,
nam tempus pridem mortis habetis idem.
Mors omnes tumulat, mors sceptris lignis aequat:
dum minimeque putas, mors facit exequias.
Non est vi motum mortem metuisse decorum,
nolis, sive velis, tu tamen emoveris:
Non est prudentis, matrem timuisse quietis
mortem, quam fugiunt tot mala nec redeunt.
Nunc reliqui morti redeunt cum tempore duri
et quos invadunt, terque, quaterque premunt:
Sola semel miseris mors est mortalibus ipsis
dura sed ad nullum fit rediens iterum.
Iduare maesta times? cum pellant tristia mortes,
quod sors non mutat, mors inopi? parat.
Numen ad immensum totum convertito sensum,
qui vult fine coli, diliget astra poli.
Facile qui placidam potuit traducere vitam,
et stabili noxas claudere fine dies.

Sunt Global res specialis.

Tota dies horas se dividit in duodenas,
se nox per noctem dividit in totidem:
Sumptae sic horae simul omnes bis duodenae
dant naturalem, conficiuntque diem.

184.

Græci mane diem capiunt per Solem orientem,
vespere Iudæi, non velut Astrologi,
Urando facit minimas iam Sol altissimus umbras:
nocte sub at media cum prece Christicola

?

Miraris lucem cum cæcis mane priorem,
lux est ut testor candi? Sole prior:

?

Sit noxe centosculo quamvis ocula? iot Argo:
plus uno cernes lumine lusca dies.

?

Nocte rubens caelum, cras iudicat esse serenum
si sit mane rubens dat tibi signa pluens.

Cessabit ventus sed cum pluvia violentus
nam per vim nimiam conglomerat pluviam

Dum stat sicca dies contristat crine cometes,
si non occidit tempora rara facit.

Cui sumit tristem modo noxe atrata dolorem
luget ut exanimem noxe quasi nupta diem.

si modo fulgentem facerent bona sidera noctem,
opprimeret seducem nos dolo ante diem.

Tempus edax rerum currit cum Sole diurnum,
sed non vult horis currere retrogradis.

Sol celer absque mora tamen est velocior hora
nec semel hora stetit, Sol aliquando stetit.

?

Annis bissextus fiet per quatuor honestus,
annos partiri si poterit domini.

Sunt aries, gemini veris taurusque ministri:
aestatis virgo, cancer et ipse leo.

Scorpio, cum libra sunt autumnique sequite:
dant pisces hyemem lymphæ, capesque gravem.

Tempora quæ fuerant, ut prima novissima phabant:
nempe novum fuerat cum novus orbis erat;

?

Hic mihi iam veterum lector rhodiace librorum:
hoc tempus nostrum, sit vetus, anne novum.

Uxpes te iuvenem vidi, sed cum puer essem,
quem me nunc iuvenem te videt hora [vires]

185.
✓?

142

Te petit hinc tumulus, petit et mea meque senectus,
est incerta mihi, certa sed hora tibi.

Quam nova multa vigent, quae iam cecidere resurgent,
et morbo quae nova sunt, non nova semper erunt.

Quae non debemus praesentia damna dolemus,
facta tamen aere, quisque futura cito:

Damna doles rerum, sed nunquam damna dierum,
multo modo lucentes nemo dolere dies.

Quisque potest rebus succurrere nemo diebus,
proveniat non res, sed magis ipsa dies.

Tempora transibunt, et gaudia vana peribunt,
transit ut unda fluens tempus, et hora tuens.

Fructus maturi propetantes sunt scituri,
secum cuncta trahit, cum cito tempus abit.

Tempore sunt mites, posita feritate leones,
tempore sanabis quod ratione nequis.

Cum genium recessas, cum tempore labitur aetas,
es brevis ex hora, quae scit absque mora.

Tempora quae fuerant, vel erunt, vel quae morbo surgunt,
crescunt, vel perirent, semper aguntur, agunt.

Sol radians hodie multo omnibus hinc, redire,
longior in fluctibus, est brevior radius.

Vanis decoctis, veniet sors ultima noctis, 186. ?
horaeque perpetuis experienda moris. ✓

Fac opus absque mora sine fructu nulla sit hora,
tempora nunc cuius sint pretiosa minis.

Ut melius cernam postea de nocte lucernam,
nam noctis pridem vice habet hora fidem.

His pro natura patrare negotia plura,
tu primo cura, quae nocitura mora.

Nil cito mutabis donec meliora videbis,
temperat omnis hucus tempora temporibus.

Est mora nulla tuis vitae labentibus horis,
et tamen in somno dormitat omnis homo.

Vivo mors, tempus, juveni venit ipsa senectus,
 horaque dum quata sit? quaeritur hora fugit.
 Annus dat tempus, per tempus conditur annus,
 dant tempus noctes, mensis, et hora, dies.
 Magnis, et parvis, sunt horae res specialis, 187.
 mors, et vita patet, semper at hora latet.
 Tempus in omnigenis, se fundat quodlibet horis,
 dicens hebdomades continuosque dies.
 Tempus in optandis se fundat mensibus ipsis,
 hos licet exiguis his ego pando metris. -

[188. l. ires].

Januarius

189

Hic mensis praeci conservat nomina Jani,
 qui sua quae retinet terga videre solet.
 Annum praeteritum claudit reseratque futurum
 Janus, ad ignivomum, porta coependo focum.
 Janus varia bibit, calidosque cibos sibi poscit,
 sed prohibet venam scindere sanguinem.
 Prima dies Jani bona tempora, denotat anni,
 si Sol splenduerit, maneque clausus erit.
 Prima dies Jani mala tempora denotat anni,
 si fuerint venti nocte diu validi.
 Si fuerit subtilis Verientius, atque serenus
 multiplicat vinum, triticamque domum.
 Paulus conversus, Clausus sine nube repositus,
 offert felicem rusticolis caesarem:
 Si fest infestum Pauli conversio conventum,
 sunt inimicitia gentilis indubiae:
 Si tulerit pluvias, timeatque grandis egestas,
 si nebulas: pecudes, inteseunt et oves,
 Si bonus est Janus totus fiet bonus annus,

si miribus careat, tura parum recreat.

Februarius

In februo reduces argunt praecordia febres,
Februs a Febro nomen habetque Deo:

Indurat liquidas glacie februarius undas,
frigus multiplicans, et tibi ligna secans.

Præ reliquis minimum? dat mensibus urum,
et multa multas cum nive fundit aquas.

Pabula iumentis dat plurima tempore noctis
et scit sub glacie pisciculos capere.

Sol cineris qualis fit quadragesima talis:
post adipem animum copia fit minimum.

Martius algescit, si Februus ante calescit,
hic si frigerit, Martius ardet erit.

In Februo latus si dat Septentrio ventos,
fertilitas veniet, quæ lucra magna feret.

Si careat ventis februo dabit in nocum entis,
Aprilis vinum, non animando vitum.

Si Sol purgatus dum Virgo purificatur:
frigus erit maior quam dedit aura prius.

Causat Matthias glacies, si non videt illas,
post cathedras calidas frigora non metuas.

Cui solus quarto crescit Februarius anno?
est minimus lunæ mensis in orbe vagæ.

Martius.

Tertius est Martis signatus nomine mensis:

Romulus hunc primum iussit et esse sactum.

Pharmacia non laudat, sed pura cibaria mandat,
et prohibet venam scindere sanguineam.

Balnea praescribit, nites, frondes quoque scindit:

190

115

nuncia quae fugit veris hiundo redit.
Tempora laeta creat noctesque diebus adaequat,
vina, ac infamem sed prohibet venesem.
Ruricolis gratum siccus dat Martius annum,
dumque solum sulcat, fertilitate beat.
Fit rediens volucris longis imvisa colubris,
quae solet in luteis midificare caris. 191.
✓
Quod tot rois aquas, a Paschate totque pruinas
dat, quod habet nebulas annus habet pluvias,
Sole micante die, qua Virgo Maria salute,
donata est, ? copia fit ceteris. ?
Axe plente die Venereis magno patiente:
rusticus ut credit, fertilis annus erit. ?
Martius obscuro praebendo tonitrua celo,
ut populus narrat, tempora grata parat. ?

Aprilis

Aprilis veteres Venere tribuere Iuvenites,
qui viridis totus scit dare veris opus. ?
Isti bene rem sciunt ab aperto tempore dicunt,
quod venit Aprilis, quem dat ? ?
Prima dies mensis suspecta tibi sit Aprilis,
ne te consuetis associat fatuis. ?
Aprilis vernans dat corpus sanguine abundans,
hinc erit in dextra vena secunda tua. ?
Venereis lepores, capiant sua semina fuges,
sit lex iusta tuis potibus, atque cibis. ?
Arboribus, campis, foveis, gramen dat Aprilis,
hoc in mense et aves prosiliunt hilares. ?
Hoc in mense boni decorantur floribus hosti
fitque peregrinis arbor opaca comis
Mensis hic humectat, si Mars sicando vigebat,
vite novas guttas eliciente veras. ?

Donat palma nives, si purificatio flores,
praehibit, ac auram tura petunt pluviam.
Ante diem Marti quot voces rana dat asti 192.
tot post hunc retinet, ranaque muta silet. ✓

Maius.

Maiores merito tribuere vocabula Maio
qui secece bonis publica consiliis.
Omnia laetitia submittit Maius ubique,
temperat, et pro te tempora temperie.
Purgetur venter, seccetur vena libenter
nec spernantur aquae balnea sulphureae.
In Maii cura campi pete roscida tura,
linque mesum potior sit tibi lactis amor.
Flebit vinobus, si Maius erit pluviosus:
sicut ridebit, si bene clausus erit.
Si mitet robanus fit vinitor undique sanus,
si pluvius fuerit, vinitor aeger erit.
Auceps pat longas venatu transigit horas,
fertilis occultas invenit herba vias
Martius emensus si fulsit in axe serenus,
e contra pluvius foetus Aprilis aquis.
Frigidulumque trahit Maius quod turbicus ambit,
qualem quisque petit, frugifer annus erit.
Nesciet antiquum quid sit vendare vinum,
qui Maii finalem non bene cernit opem.

Junius.

Junius antiquus iuvenum sic nomine dictus
est mensis iuvenum Maius ut ipse senum.
Aut est Junonis vocitatus nomine mensis
Junonem recolens, nomen, et omen habens. 193. ✓

Maiales pluvias imitando Junius ipsas,
si non dat longas, fest segetes nimias.
Ut colit urbanum pro vino vinitor alnum,
sic vult Medardum messor habere Sacrum.
Medardus pluvius, dat quadraginta diebus,
auram vel madidam, sive nimis pluviam.
Si calor, et pluviae coeunt aestate repente,
agricolae lingua gaudia dant tacita.
Tum solet alma dies Joviani perdere vites,
aestas fit rediens spicae sexta gerens.
Crescentem segetem spicis exasperat omnem,
mel sibi conglomerat, foenaeque fale secat.
Dat flos Sambuci, floris faciem quoque vini
lanam ovium scindit, solstitiumque facit.
Si Baptizantis lux est pluviosa Joannis
messis, ut et glandes non venient hilares.

Julius.

Julius antiquitus blumbilis erat vocitatus,
quando fuit primus Martius, ut legitur.
Julius a magno deducit nomen Iulo,
qui Caesar quondam recessat Italiam.
Vel qui Romanis primaeris praefuit annis,
et gessit primum consulis officium.
Ne causas polnam caveas tibi scindere venam, 194
et Veneris rogo te nocia furta fuge.
Torridus accurrit, dum Julius arva perurit,
et gelido nudos abluat amne viros.
Providet armentis de foeno Julius ipsis,
ne vi maioris depereant hyemis.
Se nunc frumento patiantur horrea quando,
aet Jacobi fulget Aportolici.
Ipsa secunda dies Iulii, si fuerit imbres,

quadraginta dies, perficiet similes.
Dum solet ardentem sol clausus inire Leonem,
aëris ad murmur non fit arista satur.
Nunc ars aucupii, sequitur vestigia cervi,
fraude capit lepores, falaeque metit pedes.

Augustus.

Caesaris Augustus nomen sumpsit sibi mutus,
olim Lestilis dictus ab Aeneadis.
Si non aegrotas teneras non scindito venas,
sectio namque nocet, sicut Apollo docet.
Balnea, vina, Venus, nimius si sit quoque somnus,
haec tu crede mihi sunt fugienda tibi.
Diximus Autumnum sectari Bartholomaeum,
qualiter iste nitet, taliter ille viget.
Ornat plantatos Augustus fructibus hortos,
fugibus os recreat, quas tibi multiplicat.
Aestiferumque Canem tursus dimittit inanem,
messam, quam reperit claudere non metuit.
Dat pyra mature, maturat poma calore,
ad coitum cervos, sollicitatque feras.
Si lux mundatur, quo Virgo assumpta putatur, 195.
promittit cunctis prava vina viris.
Luna dabit pluvias habitans in Virgine multas,
si tonat, aëreum vel dederit fremitum.
Spondent dulce metum, si nunc dant astra serenum,
cum faciant iras sic tibi perspicuas.

September.

Septimus Aeneadis September dictus ab illis,
qui Marki primum neque dedere locum.
Ut September erat nobis sua nomina servat,

etri sit nonus sicut eum colimus.

Iste suum nomen Mensis conservat, et omen,
sicut postremi tres retinent reliqui.

Pomis, atque feris oneratus venter ubivis,
utile dant et apes, excutiturque Ceres.

Parsius indulge genio, medicamina sume,
se venae esculant, balnea membra lavent.

Ad solem Aegidii speratus copia vini,
nam Sol, qui nituit commoda multa trahit.

Quatuor hebdomadas Aegidius excitat almas,
si bene splenderit, Soleque clausus erit.

Fit Veneris serous lascivo Corpore serous,
huius ad ingressum mensis et introitum.

Stercore Septembris Steriles firmantur et agri,
dantur et exulto semina lecta solo. 196.

Hoc in mense tonans fructus dabit aether abundans,
Mathaeusque micans est bona vina parans.

October.

Mustum calcatis October conficit uris,
et tacito aptatos foenore ditat agros.

Hoc in mense leves, deponit vinea frondes,
hoc in mense seris, quod redeunte metis.

Nemo spernat opem, medicorum hoc tempore rostem,
sunt aegrisque salus pharmaca corporibus

October longum dat propter nubila somnum,
corpus et ob frigus veste tegit melius.

Non tardat sylvas private decore venustas,
et quae contorret turbida vina coquit.

Frigoribus plenum minus est tractabile caelum,
hinc pecudes stabulum nunc repetunt calidum.

Sans folium tarde spondet nimium glaciale,
hoc si dispergat fertilitate beat.

Frigida lux Judae non vult incedere nudae
sed vult pro me, te verbis apta dare.
Lux quata nunc fuerit, qua mixta candida prodit:
est per tot lucas bruma data nives.
Et campis et oves invite nunc redeuntes,
praedicunt imbres, velleasque nives.

November.

197

Prima dies mensis vult esse propheta Novembriis,
si cupias ramum scindere quercineum;
si siccus fuerit, durissima bruma rigebit,
si fueritque madens humida fiet hyems.
Da stomacho mulsum, nunc sumat Zingiber urum:
ut tibi conducat mellea mixta feret.
Fruges autumnus mensi sunt esca Novembri,
hiberna pingves, glande necatque puer.
Stat sanus mensis borealibus iste pruinis:
maxima quaeque tenet, tempora noctis habet.
Fertur Martini dat musto nomina vini,
anseribus tridem dat, recitatque diem.
Cum colo Martinum, tunc visi Arctis ad ortum,
Pleiades in gelidas praecipitantur aquas.
Maxima fert terrae mixta nullo frigore strictae
damna, resurgentes nam incipit segetes.
Nebula Martinum, si taceat iudique diuum,
figus erit titubans, brumaque nos madidans.
Si radiis plenus fueris Martine serenus:
frigore constantem conficies glaciem.

December.

Cum facit hunc mensem saevus Capricornus inertem:
nescit constrictas scindere remus aquas.

Si dat lactis iter clauum, utillumque December:

auricolas animat, fertilibusque beat.

In nive multarum vestigia pressa ferarum
persequitur, pingues multo jugulare sues.

Afferat solstitium, solatus et horrea multum,
atque leuat calida membra December aqua.

Militet calidas hic mensis promouet escas:
sicut opusque iubet, lac et olus prohibet.

Hoc in mense dies si praebent astra toruantes:
ventorum qui flant agmina magna parant.

Quo natale riget propius, dum Luna recrescet,
annus eo melior, fiet et utilior.

Quando vident campi natalis tempore Christi,
tunc Christi tectum Pascha dabit menseium.

Si dederint pluvias Christi natalia multas,
cum ventis: aurae conice parti?feras.

Si dederint radios Christi natalia claros,
quae prosunt aurae, conice fructi?feras.

Hos ego sic menses scripti per metra fluentes,
quod fors restabit, tempus et hora dabit.

Virginitas, tempus, dictum, verbumque iuentus,
si semel acta valent, inuocata manent.

Nocte, diuque saepe, tempus consumere prave,
nulli nam rediit, quod cito praeteriit.

Quando dies unus differtur saepe fit annus:
dextera det munus, nam leuis hora sumus.

Saepe dies post tres putrescit piscis et hospes
mi sit de do, do, vel specialis homo.

Nunc tempus flendi, tempus peccata luendi,
nunc orando dolet, quem miserere docet.

Non iuvat argentum, non annis vivere centum
post mortem fumus, pulvis et umbra sumus.

Non venit ad metas, oeci miserabilis aetas,
infernum captat, crimina quisquis amat.

Fac bene cum vivis, post mortem vivere si vis,
si semel occumbis, vivere non poteris.

Non es mortis amans, nam vivis tristia damnans,
speras fors memori, te sine morte mori.

Dat dolot hic, mortem, mors aufert sancta dolorem
est igitur peior morte, vel ipse dolor.

Quid sint mortis opes? si scires mortuus esses
hinc responderis, mortuus ut fueris.

Præterit una dies, alias fert altera vixes,
est labor aut requies, omnis in orbe dies.

Cum juvenes estis, cum tempus habere poteris,
cur non proficitis? sed mala perficitis.

Ingenium mores animo succrescere credes:
quando ad virtutes, se cito dant juvenes.

Ut flos, ut ventus transibit nostra juvenis,
qualis eras juvenis, talis adultus eris.

Quod quis consuevit, semper de more tenebit,
inveterata sapit, quæ nova testa sapit.

Anglicus juvenis semibus sathanizat in annis,
fit juvenile decus turpe simile pecus.

In facto recto, tu murus aheneus esto,
ad res mendaces se variat facies.

Idemque suas tenues lim? circumfuit aedes,
hoc sibi quisque metit, quod sibi quisque fuit.

Sunt quandoque sales, qui possunt ut Sociales,
unica lacta graves temperat hora dies.

Interpone tuis interdum gaudia curis,
ut dures longe non caveas requie.

Et nimis attractus tandem distumpitur arcus,
perveniet pariter, qui moderabit iter.

Semper erit laetus, qui non est crimine laesus,
palescit, titubat, quem sua culpa notat.

Uult prudens vere, mortuum fugiendo cavere
nil poterit iusta, tutius esse fuga.

200.